

animalium creatorēs sic nec Agricolæ segetum quorumcun-  
que in terra gignentium creatorēs dicendi sunt, quamvis no-  
verint præbere quasdam verisimilies oportunitates & cau-  
fas ut illa nascantur. Deus vero unus solus creator est qui  
causas ipsas & rationes seminarias rebus insevit. Hoc idem  
in libro de Civitate Dei & transumptive in capitulo trigesi-  
moprimo, quæstione quinta. Nec mirum has igitur argu-  
mentationes variè philosophi & diversimode nominant.  
*Semina n-*  
*um* Quidam appellant eas virtutes cœlestes, ut in secundo de  
generatione dicitur. Formæ omnium sunt in cœlestibus, &c.  
*Semen* Alii autem virtutes elementares: quia subito in actum pro-  
rumpunt sicut ignis vel aliud elementum. Alii virtutes mine-  
*trum* ales & proprie vocant quia ex propria minera in esse sunt  
productæ. Alii dicunt ipsas virtutes esse radices solis, quia si-  
cut granum mediante radice nutritur, sic aurum mediante-  
bus virtutibus istis, sicut infra dicetur. Nos autem ipsas di-  
cimus spiritus esse fermentatos, quia admodum fermenti  
massam, id est, spiritus purificatos corrumptunt, sed natura-  
lissimum omnium opus est alterum facere quale ipsum est si  
sint perfecta, nihil aliud reperitur in opere nisi quod fermenten-  
& tingant. Si autem objicitur quod philosophi figu-  
raliter sunt locuti probamus hanc quæstionem esse de ipso-  
rum radicali intentione. Sicut enim patet secundum om-  
nes philosophos quod volumen virtutem prædictam mine-  
ralem esse universalem naturam non in sua natura videlicet  
nec in tota substantia eius est Mercurius sed pars eius. Ad hoc  
enim laboret sublimator ut Mercurio humiditatem flegmati-  
cam auferat & fœtulentam substantiam, & sic mortificatur,  
non enim sic mortuus perficit opus nisi fixetur, ad quod in-  
fundat præcipitator cum ignis tanta violentia. Similiter o-  
portet esse fluxibile, ad hoc suder resolutor, quia quod non  
infunditur non ingreditur & quod non ingreditur non per-  
ficitur. hæc autem per dissolutionem auferuntur. Aurum  
est totum minerale quod patet ex ipsis pondere & ex ipsis  
Mercurij imbibitione. Igitur in ipso est totalis & radicalis  
philosophorum intentio & voluntas, has enim virtutes &  
excellentias acquirit mediante calore tali & intelligentia-  
rum motu quas per se errare est impossibile nisi per accidens.  
*Semen* Ad hæc autem omnia in Mercurio se ibi inciperet pervenire  
*truetalliu.* posset tamen suffragio ignis & ingenij quod est laboris co-  
pia.

Opinio-